

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

Wd. 67

-12-



1	loh. Phil. Paltheni	diff. de marito reginae	Gryphow. 1707.	8 1/2	
2	loh. Petr. Ludewig	de civitatum dispari nexu cum S. R. I.	Hal. 1710. 12 1/2		
3	loh. Sam. Strykii	de dote non promissa prestanda	Hal. eod.	4 1/2	
4	ac. Frid. Ludovici	de probatione dationis dotis	ibid 1711.	6 1/2	
5	loh. Fridem. Schneideri	de obligatione ex testamento imperfecto	ibid. eod.	5 1/2	
6	Henr. Bodini	de iure domini in praedio semiente	ibid 1705.	3 1/2	
7	Georg. Beyeri	de violatione securitatis domesticae	Wittenb. 1709.	5 1/2	
8	loh. Henr. Bergeri	vindicta privilegiorum ordini militari ex iure Romano competentium	ibid. 1711.	8 1/2	
9	loh. Balh. Wernheri	selecta conclusiones forenses	ibid. 1707.	8 1/2	
10	-	-	diff. de iuribus vicariorum S. R. I. in aurea bulla non expressis	ibid. 1711.	5 1/2
11	-	-	de iuribus vicariorum S. R. I. in aurea bulla non expressis	ibid. eod.	4 1/2
12	loh. Bernh. Fische	de appellationis praepriis Saxoniarum	Len. 1711.	5 1/2	
13	Andr. Christian Ranageri	de patriciis	Regiom. 1684.	5 1/2	
14	Michael. Henr. Griebneri	de tenis iuris Saxonici	Wittenb. 1711.	6 1/2	
15	-	-	de iuribus vicariorum imperii, illis in primis, quae perperam a nonnullis in iudicium vocantur	ibid. eod.	8 1/2
16	-	-	de interessione coniugum in delictis carnis in primis in crimine bigamiae	ibid. eod.	7 1/2
17	-	-	de praesibus primariis vicariorum imperii	ibid. 1708.	4 1/2




- 18 Joh. Benk. Frieze de iure principum circa bona subditorum. 68.
 Len. 1711.
- 19 Christian Wildroyelii de statibus provincialibus ibid. eod. 68.
- 20 — — de singulari causa exheredandi liberi
 in curatu Magd. ibid. 1711. 58.
- 21 — — de testamento legiti ibid. eod. 68.
- 22 — — de buccinatorib. eorum iure ibid. eod. 68.
- 23 Nicol. Christoph. Lynckeri de munere directorali circa negotia im-
 perii ibid. 1693. 68.
- 24 — — de libertate statuum imperii. ibid. 1699. 88.
- 25 — — de commendatione speciali. ibid. 1693. 148.
- 26 — — de prosecutione hosti. imperii publici
 ibid. 1691. 38.
- 27 And. Homborgii de iure convenandi. Helmst. 1710. 58.
- 28 Joh. Hier. Stengeri de legis actionibus Lipsia. 1709. 48.
- 29 Euchar. Gottlieb. Rink de carnis. Alton. 1700. 68.
- 30 Joh. Amstel. de rationabilitate canonis iuris Lubecensis.
 Hand muß Hand wahren. Peviom. 1698. 48.

68.
68.
58.
58.
68.
88.
88.
88.
88.
88.
88.
88.
46.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
MARTIN LUTHER
UNIVERSITY OF
MAGDEBURG
ADDITIONS MAJOR
MAGDEBURG
MARTIN LUTHER
UNIVERSITY OF
MAGDEBURG





38

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
PROSECUTIONE
HOSTIS IMPERII PUBLICI,

Quam
Ex Decreto & Autoritate
Magnifici Jctorum Ordinis

IN ALMA HAC SALANA
SUB MODERAMINE

VIRI ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. NIC. CHRISTOPHORI
LYNCKERI,

Hereditarii in *Glurstatt & Röttschau* Jcti
Famigeratissimi, Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis
Consilarii Intimi, nec non Regiminis & Consistorii Jenensis
gravissimi, Facultatis Juridicæ Senioris, & Antecessoris
Primarii, Curia item Provincialis Assessoris
longè meritissimi,

Dn. Patroni, Præceptoris, Promotoris & Hospitis
sui æternum colendi,

PRO LICENTIA

Summos in Jure utroque Honores & Privilegia
Doctoralia rite capeffendi,

IN AUDITORIO JCTORUM

Horis ante- & pomeridianis Publico Eruditorum examini sistit

SALOMON FRIDER. Sischer/

Schneeberga-Misnicus.

Ad Diem Maji 1691.

JENÆ, Literis WERTHERIANIS.

26.

V I R O
PRÆ-NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO,
ATQVE CONSULTISSIMO,
DOMINO
PAULO BLUMBERGIO,
JCTO, CONSILIARIO SERENISS. ELECT. SAX.
A. CREBRIS COMMISSIONIBVS, VT ET CONSULI ET
SYNDICO CIVIT. SCHNEEBERG. GRAVISSIMO, ET
LONGE MERENTISSIMO,
PATRONO MEO, EVERGETÆ, ET AFFINI
ÆTATEM COLENDISSIMO,
DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
D. D. Dedicō.

Accipe, VIR EXCELLENTISSIME, Dedicacionem hanc-
ce, ceu submissæ Observantiæ meæ debitum. Gratitude quidem
etiam deberem officia, ob beneficia, quæ exhibuisti mihi per vitam
maxima & nunquam intermonitura, sed, talia præstare præsentis pa-
gellæ non valent; imprimis cum eas totas debeam amplissimo Tuo
Apparatu, qui majora & plura suppeditasset, si præstantiorum ego
capax. Ignoscas igitur, obsecro, quod de Tuo in Te velim esse libe-
ralis, & in mentem revoces, quod mea jam non aliter ferat fors & con-
ditio. Interim tamen credas, me, licet quod velim jam, non possim,
quod possum tamen & poterō, nunquam intermissurum fore, h. e. cum
devoto & pio semper ad DEUM voto pro perenni Tua in columitate &
salute, EXCELLENTIAM TUAM, colere, & Quam semel cogno-
visse & benignissimam planè habuisse, in majorem partem felicitatis
meæ numero, HANC totam vitam observanter suspiciam. Vale
VIR EXCELLENTISSIME, & Patriam, quæ Tuo gaudet Præsidio, diu
felicissimè governa!

PRÆ-NOBILISSIMÆ EXCELLENTIÆ TUÆ

Observantissimus

SALOMON FRIDERIC. Fischer / Ddus.

LECTOR BENEVOLE.

Specimen pro more & consuetudine Academicâ sisto, quod non pro suâ dignitate elaboratum est, vel satis amplè tractatum, sed quò mediante quodammodo satisfacere officio meo, & tempori inservire conor; Hinc etiam sciagraphia solùm materiæ secundum normam verorum & genuinorum principiorum data, ex quâ tamen tota ea vel examinari, ve extendi facile potest. Hæc igitur intentio mea est, & ex hâc non ex labore judicandum de susceptâ opellâ. Plura enim conscribere forsân non difficile fuisset, dummodo de necessitate, vel utilitate. Interim vale B. L. Conatuique Fave!

CAPVT I.

Significationem Verborum, ut & definitionem, & divisiones breuiter tractans.

VT accuratè Scribentium lege, imprimis disputantium, quædam saltem de significatione verborum, h. e. eorum Etymologia, Synonymia & Homonymia notemus, & tractationi ipsi præmittamus, primò omnium sciendum, quod vox *Hostis* variè, nec constanter derivetur ab Autoribus, dum alii pro primitivo habent, alii à Germanico *Ost*/ alii aliter deducere conantur. Quatenus verò significat *Exercitum, Castra, Expeditionem bellicam, Seruitium militare, quod Dominis suis Feudalibus debent Vasalli*, Item, quatenus ejus *Synonyma* sunt, *Cavalcata, Equitatus*, de hisce omnibus vide latiùs *Du Fresne in Glossario ad script. med. latin.* Nobis significat *Adversarium, Inimicum, Pacifragum, Pacis publicæ Perturbatorem &c.* & dividitur in *Publicum & Privatum, Potentem, minus potentem, internum & externum*; de externo verò & publicò sermo erit. Cæterùm de *Hostenditiis*, ut olim appellatæ sunt, h. e. adiutorio illo, quod faciebant dominis Vasalli in Hostem, seu Exercitum pergentibus, vide *Strauch. pecul. Dissert. de Hostenditiis.* *Imperium* dicitur ab *Imperare*, & significat primò simpliciter *Potestatem aliquam, post summam potestatem*, & iterum vel propriè & simpliciter *summam* & ejus Synonymum in Jure est *Merum Imperium, vel secundum Quid*, & tunc dicitur *Mixtum Imperium.* Hic verò significat *Provincias, quas aliàs S. R. Imp. Germ. appellamus, vel potius*

potius Corpus illud Morale, quod Caput, Status, membra,
 & subditi Imperii Romano Germanici constituunt. Scripsit
 autem ejus Elogium pecul. Dissert. Bæcl.; de Finibus ejus
 commentatus est Conringius singulari Libro, de constitutio-
 ne & Juribus prope innumeri. Prosecutio originem ducit
 à verbo *Prosequi*, quod componitur à Præpositione *Per* &
 Verbo *sequi*, adeoque significatio hujus vocis notissima
 est, nec longâ eget explicatione. Dividitur verò præcipuè
 in *Privatam*, & *publicam*, *internam* & *externam*, *ordina-*
riam & *extraordinariam*, *offensivam* & *defensivam*, *debi-*
tam & *voluntariam*, *Universalem* & *Particularem* &c.

Descriptionem tandem aliquam ut demus Inscriptio-
 nis hujus Dissertatiunculæ, breviter sic pono: *Prosecu-*
tio Hostis Imperii Publici est Actus, quo Cæsar, Status, Membra
& subditi Imperii Talem, (Tales) qui Imperium vel directè,
vel indirectè ledit (ledunt) & ob id in hostem ritè est decla-
ratus, modo legibus fundamentalibus præscriptò aggrediun-
tur, propellunt, & ad satisfactionem & pacem vi bellicâ coer-
cent & adigunt. Patet exinde oppidò, nobis hic cum Pacifra-
 gis Imperii Internis, seu qui contra constitutionem Pac.
 publ. Friderici II. &c. faciunt, & vigore ejus coërcentur,
 rem non esse, de quibus, & de modo contra eos proceden-
 di, vid. *Gail. integro & notissimo Comment. de Pac. Publ.*

CAPVT. II.

De

Officio & Potestate Cæsaris circa Prosecutionem hostis Imperii.

Cuilibet, qui saltim prima Politices & Juris Publici rudi-
 menta primis attigit labris, liquere debet, omnium

Rerumpublicarum, & ita etiam Romano Germanicæ finem, quisquis etiam, vel qualis ille cujuslibet pro formâ sc. ejus sit, absque securitate & sufficienti defensione consistere non posse *Arist. 4. Polit. 14.* sed animal esse absque animâ *Job. Theodor. Sprenger in Perspicillo Orb. Christ. tit. de Armaturâ,* adeò, ut hinc omne tempus ejus dividi consueverit in bellum & pacem, hancque ut obtineamus, illud debeamus colere. Illud autem, quod omnes tangit, ab omnibus etiam hoc in passu debet observari.

§. 2. Et cum Doctores Juris Publ. Imperium nostrum Rom. Germ. ceu Corpus Morale illud considerantes, in Caput & Membra, hæc verò in specie talia, & status & subditos, dispescere soleant, ordo naturalis exposcet, ut primum de Capite videamus, quodnam scilicet ejus circa prosecutionem hostis Imperii officium sit, vel potestas.

§. 3. Constat igitur in dicto Imperio nostro Cæsarem, quamvis secundum quorundam diu explosam sententiam non sit Mundi Dominus, tamen esse Caput in Imperio, & dici etiam, & intitulari *Tutorem Imperii. Limn. ad Capit. Caroli V. p. 129.* Quapropter status, qui ejus simul sunt subditi, prospicere debent, ut hunc in finem eligant unum, qui est *Fortis. Schüz Vol. 1. d. 2. tb. 9. Tit. H.* Ipse autem Imperator de se profitetur, quod paterno affectu prosequatur Imperium & ejus Cives. *R. J. de anno 1548. ibi in pr. Nus sonderlicher väterlicher Liebe / Treu und Zuneigung. R. J. de anno 1555. S. Demnach. Cap. Imp. Leopold. art. 13.* Et tenet Jus belli, ceu Regale, *Struv. Syntag. Jur. Feud. cap. 6. apb. 19.* Status verò tanquam Vasalli ei obstricti sunt ad servitia & auxilia. *Jd. c. 11. apb. 5.* Quamvis & eorum consensus in decernendo bello sit adhibendus *per Cap. Ferd. III. a. 11. Leopold. a. 13. Instr. Pac. a. 8.*
versu

versu Gaudeant. Ex quibus patet in negotio belli & prosecutione Imperii ejus officium & potestatem esse planè perspicuam, præminentem & singularem. Magis autem adhuc perspicua evenit, quod primò ejus nomine, post additamentò Imperii, geratur bellum, id quod optimè adparet ex ultimo sic dicto *Manifesto Casareo* adversus Gallum, & quamvis comitia Ille, in quibus decerni debet, cum consensu etiam Electorum requisito indicat ex *Cap. Caroli V. a 12. R. J. August. 1559. Et anno 1567. 1570. 1576. 1582. 1603. Et 1654. §. 1. Arum. de Comit. c. 5. n. 7.* Attamen eorum etiam est Director & in throno vel ipse, vel per alium Electoribus in depressiori loco circumsedentibus, & statibus subsellia sua tenentibus, propositionem facit. *Schwed. Introd. Jur. publ. part. spec. c. 30. §. 9.* Omnium verò maximè jam laudata Imperatoris Potestas elucet, quod Vi Majestatis suæ (1) omnibus subditis Imperii generalem præstet protectionem & salvaguardiam, vide *Jacob Bernb. Miltz in Representatione Majestatis Imperatorie part. 2. c. 6. §. 1. 2. 3. seqq. (2)* quod bellum quandoque seorsim ipsius nomine denuncietur *Limn. ad Cap. Carol. V. a. 2. (3)* quod milites & officiales ipsi jurent, licet statibus, qui eos conscripserunt ante juraverint. *R. J. August. d. a. 1500. tit. Ich N. gelobe und verspreche hiermit.* quod (4) præ omnibus possit esse belli Dux, quemadmodum insigne Exemplum habemus in Ferdinando Rege Rom. *R. J. Regenspurg 1557. §. Als dann ferner. (5)* quod sit ipsi commissum sæpè à statibus ut eligat Ducem *R. J. Regenspurg 1541. Spener 1542. §. Als nun aber & indicant tandem id satis ipsa verba der Executions-Ordnung zu Augspurg 1555. §. 64. Und sollen in oberzehlten Fällen/ nehmlich da*
eins/

eins/ oder dreyer/ und auch fünffer Creiß Hülffe vermöge dieser Ordnung in Anzug und ins Feld gestellet/ deroselben Crayß-Oberste und Zugeordnete/ die Kayserl. Majestät/ oder in deren Abwesen aus dem Reich etc. Ihres Vorhabens und was Sie darzu verursachet/ in Schrifften ohnverzüglich/ und in Unterthänigkeit verständigen und vergewissern etc. De pluribus ejusmodi Prærogativis & Majestatis Juribus, *vide allegatum Multzium p. 2. c. 5.* Quæritur autem h. l. an Imperator propriâ Autoritate modò secundum leges fundamentales Imperii consuetò possit indicere collectas, hoc est, an in casu necessitatis secundum Matriculam vel etiam alium modum discretivum statuum & subditorum auxilia cum effectu requirat? Sunt qui affirmativam tenent, & hunc in finem Invictissimi Imperatoris nostri Moderni Leopoldi I. non ita pridem ad status copiarum auxiliatricium ergò missas literas adducunt: Non nudo tamen præcepto locum dari, docet *Limn. in Addit. ad Lib. 4. c. 7. n. 57.* sed in ejusmodi summæ necessitatis casu, & ubi evidentissimum immineat periculum, saltim sex Electorum consensum, sepositâ cæterorum statuum anteambulâ consultatione, præcedere debere probat per *Capit. Ferd. III. §. 14. Jd. d. l.* si verò contrarium nihilominus fiat, id facti solùm esse docet *R. J. Ratisbonæ 1630.* & in iis Comitiiis *Votum Electoris Bavari:* Daß die Reichs-Constitutiones durch keine Noth oder Gefahr / sie sey auch so groß als sie wolle / nicht zurücke gestellet und überschritten werden sollen/sie seyn planè immotæ, und die Norm und Richtschnur darnach Chur-Fürsten und Stände des Reichs regieret werden sollen. *vid. Dn. Petrum Müll. Dissert. Acad. de Copiis Auxiliariibus, Jenæ 1685.* Interim
non

non vellem negare Imperatorem subito ingruente bello & invasione hostium factâ, non solum Ipsum pro suis viribus valere id avertere, & hosti resistere, sed etiam uni vel alteri statuum finitimo vel parato id denunciare, & ejus auxilium requirere posse, imprimis si id illi Status libenter suscipiant, & spe satisfactionis à reliquis Statibus secuturae expeditionem bellicam ingrediantur, *sicut gloriose factum esse à Serenissimo & Fortissimo Electore Sax. ante paucos annos, injustissime à Gallorum Rege Imperio nostro bellum inferente, in recenti omnium hærebit memoriâ.* Cæterum quis optimus collectandi modus sit, per Constitutiones Imperii, vel consuetudine longâ firmatus, & à Cæsare & Imperio practicandus: num ille secundum Matriculam, num *Durch den gemeinen Pfennig* num denique ille, quem Salisburg. Archi-Episcopi legatus in comitiis anterioribus commendavit, quiique in discretionem Statuum consistere deberet? *vide Limn. latè pro & contra in Addit. ad lib. 4. c. 7. à n. 54. usque 57.* Forma verò præscripta est *in Ordinatione Executionis de anno 1555. August:* quæ confirmata est sequentibus *Recessibus Imp. d. a. 1559. 1566. & 1570.* Congessit autem hos & in unam summam contraxit, ita ut unum schema omnium habere liceat, *Joh. Theod. Sprenger. in Lucernâ Mod. Stat. S. R. Imp. c. 7. p. 389. & 416.* Quod verò dictus *R. J. d. a. 1555.* quem Ordinationem Executionis dicimus, *it. d. a. 1559. 64. 66. 70. 76. 82. & 94.* sit Sanctio Pragmatica, & inviolabilis, eò usque dum aliud placuerit Cæsari & Imperio, & quæ observari debeat, tam contra internos hostes Imperii, quàm contra externos & exteros, demonstrat, & contra aliter sentientes defendit *Idem Sprenger. in Lucern. Mod. Stat. S. R. Imp. c. 12.* Præsentem rerum faciem si inspiciamus,

B

mus,

mus, propè discessum esse à veteri Imperii consuetudine & collectandi modo communi circa prosecutionem hostis Imperii videtur, vel potius Novi aliquid additum & introductum; quod tamen Constitutionibus & Formæ Imperii non contrariatur, dum non solùm in modernis Comitiiis ulterius circa punctum securitatis publicæ & Gvarantiæ Generalis deliberatum est, quam in rem vide Das Project zu einer Universal-Verfassung und Gvarantie des gemachten Friedenschlusses/ quod tradit Sprenger in Lucernâ de mod. Stat. S. R. Imp. c. 12. & illa, quæ in ipsis instantibus Comitiiis in argumentum deliberationis venerunt, uti ea latè deducit, & disertis verbis expressit *Illustris Dominus Præses in Disp. Jur. Publ. de Redintegratione Circulorum S. R. Imperii.* Sed etiam temporibus hisce turbidis der Keyser und die Allürte im Reiche certa foedera arctiora contra hostes Imperii, præcipuè verò immanissimum & injustissimum Gallum inivere, uti quondam fuit Rhenanum die Rheinische Allianz/ quod exhibet Diar. Europ. P. I. p. 102 1. & hodie est famosum illud Augustanum seu Laxenburgicum 1686. initum, de quo, & verbotenus ejus contenta referentem; vide den Europäischen Herold in Appendice p. 1367. Notandum autem h. l. circa illud, quod ejus Autor & Caput omnino fit Imperator, uti forma & contenta luculenter ipsa testantur.

§. 4. Quæritur adhuc sub fine hujus Capitis, *cuinam competat tempore Interregni, & nullo existente Cesare & Rege Romanorum, ejus officium & potestas?* Respondendum omninò Vicarios Imperii, sicut circa manutenendam Pacem & Securitatem Imperii, ita etiam circa prosecutionem hostium Pacifragorum & Turbatorum idem tenere Officium, & apparet illud inter alia aus dem Ausschreiben des Churfür-

für-

§ (11) §

fürsten zu Pfaltz und Sachsen/ quod exhibet Goldastus
in politischen Reichshändeln P. 7. p. 208. 209. in verbis:
Nichts destoweniger / und auf den unverhofften wie-
derwertigen Fall mit E. Liebden nnd anderer des hei-
ligen Römischen Reichs-Stände Rath und Hülffe
allen möglichen Fleiß anwenden/ damit durch Verlei-
hung des Allmächtigen/ Ungemach/ Schaden und
Gefahr vom H. R. abgewendet werde ic.

CAPUT III.

De
*Officio Statuum, Membrorum, Sub-
ditorum, & aliorum Imperii, circa
Prosecut. host. Imp.*

§. 1.

Status Imperii, quemadmodum eorum denominatio
indicat, oppidò præ Membris & Subditis infimæ sortis
vel mediatis, vel immediatis præfulgent, hinc etiam offi-
cium eorum in prosequendo hoste Imperii communi post
Cæsarem primum est, & potestas haud exigua.

§. 2. Primi enim ex illis sunt Præfecti Circulorum, qui se-
cundum R. J. de anno 1555. August. in prosequendis, & pro-
pellendis Pacifragis & hostibus Imperii suum debent face-
re officium, & id non facientes peccant in pacem profa-
nam. Fibig. in Elect. Jur. Publ. Semidéc. 11. quest. 2. n. 23.
Ord. Cam. p. 2. t. 9. §. Wo aber der oder die ic. R. J. d. a.
1594. §. Also ist auch zweiffel fürgefallen ic. Si verò illi
non sufficiunt, tunc demum res ad Imperatorem & cate-
ros totius Imperii Status, mediantibus comitiis à Mogunti-
no nomine Imperatoris indicendis, venit d. R. J. §. 65.

B 2

69

So sich denn abermahls die Sachen noch beschwerlicher ic. ibique non à solò Imperatore, sed ab Imperatore & Statibus simul fit declaratio, quod aliquis esse & haberi debeat pro hoste Imperii, uti declaratio in moderno bello contra Gallum ipsa, hinc inde affixa, habet.

§ 3. Imò plus porrò quàm notum est, Statibus Imperii vi Superioritatis Territorialis Jus belli competere, adeò, ut illum, qui ipsos in particulari offendit, proprià autoritate etiam possint prosequi vi bellicà. *Ming. de superiorit. territ. §. 76. Instr. Pac. a. 8. Gaudeant. Schvveder in Introd. in J. P. part. spec. c. 16. §. 1.* & quidem Exterum, de quò hìc sermo, tam offensivè quàm defensivè. *Id. d. l. n. 3.* Ad hoc Jus belli verò refer *Armandia, Sequela, Protectionis, muniendi Civitates & Castra, conscribendi milites, jura &c.* de quibus latè & ex professo differentem vide *Mylerum ab Ehrenbach de Princip. & Stat. Imp. p. 1. c. 18. p. 2. c. 74. 75. 76. 77. 78. 79.*

§ 4. Quando igitur aliquis, v. g. populus, in hostem Imperii ob illatam injuriam publicè jam est declaratus in Comitibus, tunc Status Imperii quilibet pro viribus & potestate poscente Cæsare suas debet ferre suppetias, & quidem vel nach den Anschlag der Matricul/ quam duplicem vid. apud *Limn. lib. 4. c. 7. vel olim nach dem gemeinè Pfennig/ vid. Eund. d. l.* utroque modo iterum vel in milite, vel in paratâ pecuniâ, videlicet pro voluntate tam Statuum, quàm Imperatoris. *R. J. 1544. §. Und damit nun sich solche ic. Burgold. p. 3. D. 7. membr. 1. in fin.* excepto casu quando semel de mittendis copiis conventum, *R. J. zu Worms d. a. 1521. R. J. Regensp. 1532.* & ubi prompta debet esse defensio, quò præcisè in milite ferendum auxilium, disponente ita *R. J. zu Speyer 1521. adde Limn. in addit. ad lib. 4. c. 7. n. 65.*
 §

§ 66. quique optimus ex hisce modus contribuendi, vide *Bunth.*
in Addit. l. c. & de illo, qui vocatur durch gütlliche Tracta-
 ten *Maurit. in Dissert. de Matric. Imp. n. 27.* de Copiis auxi-
 liaribus vide *Magnif. Dn. Pet. Mullerum Dissert. Acad. Jers.*
 1685. In hunc igitur finem Statibus competit Jus collectas
 indicendi subditis, ad Prosecutionem hostis communis
 necessarias, & quamvis quondam existimatum sit, Status
 de suo Patrimonio debere erogare sumtus ad contribu-
 tionem sufficientes, attamen subditi eos quippe ad defen-
 sionem patriæ zur Landesrettung recusare non possunt.
Nic. Myler ab Ehrenbach p. 2. c. 62. §. 9. de Stat. & Prin-
cip. S. R. Imp.

§. 5. Similiter bello jam cum ipsorum consensu declara-
 to concurrunt cum Imperatore in ejus administratione,
 & ita ipsa actuali hostium prosecutione, dum Ducem, qui
 vocatur *Exercitus Imperii*, eligunt & constituunt. *R. J. de*
anno 1500. zu Augspurg tit. wo dem Reich ic. Prager
Friede a. 1635. §. zu dessen allen wirklichen ic. Limn. in
Annotat. ad Cap. Ferd. III. a. 15. verba: keiner andern Na-
tion &c. Ita anno 1500. Albertus Comes Palatinus Rheni
 utriusque Bavariæ Generalis ac summus belli Dux crea-
 tus est, ist von der Versammlung zu einem gemeinen
 Hauptmann des Reichs erwehlet. *R. J. zu Augspurg*
d. a. 1500. des Reichs Hauptmann betreffende/ & Dux
ejusmodi Statibus etiam & Imperio juramento est obstri-
ctus R. J. d. a. 1500. tit. von Soldner End/ des Haupt-
manns End/ nisi specialiter ista Electio Imperatori re-
licta fuerit. R. J. zu Regenspurg 1541. §. denselben D-
bersten Hauptman ic. de pluribus & singulis belli actibus
 & ubi concurrunt status, vide *Limn. in Annot. ad a. 11. Ca-*
pit. Caroli V. verbis die Reichs. Stände ic. Schweder in
Introd. J. P. p. m. 613. §. 3.

§. 6. Delibatâ Statum circa hoc negotium potestate & officiô, brevissimis nunc succedit, quid in membris Imperii obtineat, quæ quidem ut ipsi Status è numero subditorum Imperii non sunt exclusa, attamen infimæ conditionis subditis etiam præstantiora. *Quenam verò illa? Nobiles sunt Imperii immediati.* Hi igitur licet aliàs dicantur liberi, & insignibus fruantur præ cæteris Nobilibus mediatis Imperii privilegiis, turbulentis tamen temporibus, & quando hostium vis Imperio imminet, non sunt à præstandis liberi aut exempti, sed ut status Imperii ad contributionem tenentur, & ratione suorum subditorum habent Jus collectandi. In ipsis autem Expeditionibus bellicis, ut præliis & obsidionibus &c. hoc circa eorum dignitatem occurrit notabile, quod scilicet Suevici & Francinici hoc habeant præ omnibus præcipuum, quod vexillum S. Georgii alternis vicibus præferant, de quo ipsi multum diuque olim inter se concertarunt, notante Sprengerio *Lucern. mod. stat. Imp. c. 3. p. 231. Linn. T. 4. J. P. & in Addit. ad lib. 6. c. 3. n. 57.* ubi tota illorum transactio verbotenus legenda, & addit in fine, quod hujus vexilli ob evitandas controversias *der Teutschen Nation in expeditionibus modernis non amplius usus existat.*

§. 7. Tandem & subditam mediati, quam immediati suum debent in opere hoc, communis scilicet hostis Prosecutione, conferre debitum. Est enim obligatio mutua inter Civitatem & Cives, ac illius curam ab omnibus & singulis haberi, ut salva sit Respublica, proindeq; armis atque pecuniis eam defendere necesse habent. Videlicet sicuti apud Romanos grave scelus erat pro salute Patriæ, militiæ sese subducere *Senec. lib. 3. de Irâ c. 7.* ita qui in casu indigentia Imperio nostro S. R. *sequelam die Folge/Landes Folge/Heers*

Heere Folge ex subditis detrectare vellet, contra pietatem non solum erga Patriam, sed etiam consuetudinem & Jura nostræ Reipublicæ & Civitatis ageret.

§. 8. Constat enim sequelam militarem, de quâ hîc sermo est, in Imperio semper fuisse in Praxi, & in usu, adeo, ut tam nobiles, (quibus ob hanc rem feuda esse data scribit *Besoldus lib. Pol. c. 7. tb. 7. §. 2.*) quàm ignobiles teneantur, itemque hi vel mediati, vel immediati, *Abas v. Fritsch. in Tr. de Jure Lustr. & Sequelæ. c. 6. n. 11.* Describunt autem sequelam, quod sit Jus Regale, quo superior necessitate exigente subditos suos ad arma evocare potest, quique ad mandatum comparere, eumque armis sequi teneantur. Sic etiam *Dominus à Sekendorff. J. St. p. 2. c. 10.* eam delineat, daß die Folge/ oder Reiß ein solches Fürstlich und Obrigkeitliches Recht sey/ daß auf dero Erfordern die Unterthanen schuldig seyn/ mit ihren Leib und Personen in die Rüstung/ wo es bräuchlich/ und die Nothdurfft erfordert/ zuerscheinen/ und Gegenwehr oder Angriff zu thun. Divisionem ejus in superiorem & inferiorem, in Universalem & particularem, item, quemadmodum Cæsari & Statibus competat regulariter illimitata, Subditi verò ad eam sint obligati, & in casu necessitatis teneantur omninò omnes, ita ut nec nobiles, licet nulla feuda sub dominis possideant, nec Clerici &c. excludantur, *vide Fritsch. in laudato Tr. c. 7. n. 21. & 23. seqq.*

§. 9. Cæterum in modernis Comitibus de securitate & generali Guarantia inter Cæsarem & Status multum fuisse deliberatum, Acta testantur Ratisbonensia, & ea quæ hac de re præcedenti capite diximus; ultra verò illa extat etiam adhuc ein Project der erneuerten Reichs-Executions-Ordnung/

nung/ cujus partem exhibet *Abasv. Fritsch. in Tract. de Transitu milit. mantissa II*, vi cujus tam Præfecti Circulorum & Status, quàm etiam ipse Cæsar & universi S. R. Imperii Subditi in Prosecutione hostium tam internorum, quàm externorum declaratorum ad certa adstringuntur debita; Si verò hæc prodibit, vel aliæ in Comitibus universalibus Ordinationes & Recessus pangentur & promulgabuntur, tunc alii etiam de formâ Prosecutionis hostis Imperii formandi erunt conceptus. Interim nobis hîc restant circa totam hanc materiam adhuc quædam quæstiones expediendæ.

§ 10. Quæritur autem primò: *an ad prosequendum hostem Imperii fœdus à Casare & Statibus cum infidelibus possit iniri & pangi?* In thesi videtur haud improbanda opinio *Hug. Grotii c. 12. & c. 15. §. 11.* nullam nimirum hîc intrinsicam aut universalem esse pravitatem, sed ex circumstantiis æstimandam. Magis interim probata distinctio sumenda ex Domino Zieglero ad hunc locum Grotii, quòd scilicet aliud dicendum sit de fœderibus cum infidelibus adversus infideles, aliud de fœderibus cum infidelibus adversus fideles, eisq; vel defensivis, vel offensivis, quæ posteriora saltem, in primis scil. offensiva, pro crimine inter Christianos semper sint habita, uti ex delatione (procul dubio falsissimâ & ab Adversariis Religionis Lutheranae Evangelicæ excogitatâ) Carolo V. contra Johannem Fridericum Electorẽ Saxoniam, & Philippum Hassiæ Landgrafium factâ & ex declaratione Banni ab Imperatore subsecutâ satis liquet. Quâ de re vide *Sleidanum lib. 17. Histor. Reform.* Interim S. R. Imperium se ab ejuscemodi fœderibus pro dignitate suâ & gloriâ omninò abstinet, quàmvis in Vulgus jam notum sit, Christianissimum Regem, seu potius pacifragum & per-

perfidum Gallum, adhuc hodie cum Turcis ejusmodi fœdere junctum esse, contra S. R. Imperium.

§. II. Quæritur deinde, *An in bello univèrsim S. R. Imperium concernente, Cæsar vel Status Imperii aliqui, (quibus ejusmodi volupe esset) possint esse Neutrales, seu Neutralitatem tenere?* Et constat quidem hujusmodi Neutralitatem affectasse multoties tum status quosdam, tum etiam singulas Civitates Imperii, uti notum est etiam in bello præfenti de quibusdam Hanseaticis, v. g. Hamburgo &c. sed hoc oppidò est contra primam obligationem, quæ intercedit inter Caput Imperii, & ejus membra, ut & contra illam, quæ venit inter Status & membra singula. Prohibitam eam etiam esse expressè Constitutionibus Imperii, docet *Recessus Imperii, d. a. 1641. zu Regensburg/ & dignus videtur §. 86. & 87. qui huc adscribatur: Und demnach die von etlichen Ständen vor sich selbst angemassete Neutralitäten dem Römischen Reiche sehr schädlichen/ dem Feinde desselben aber zu Continuirung des Kriegs über die Maasse behülfflich und vorträglich seyn/ zumahln ein ieder Churfürst und Stand/ vermöge des Landfriedens/ auch dessen Handhabung und darauf fundirten Executions/ Ordnung/ wie auch anderer Reichs-Constitutionen / das H. R. Reich so wohl vor auswärtigen/ als inwendigen Feinden/ mit und beneben uns aller Möglichkeit nach beschützen und defendiren zu helfen/ auch die dazu nothwendige Mittel pro quotâ beyzutragen schuldig und verbunden ist/ und um deswillen Churfürsten und Stände/ auch derer Abwesenden Rätthe/ Bottschaften und Gesandte vor hochnothwendig ermessen/ daß dergleichen angemassete Neutralitäten expresse cassiret/ abgeschaffet und kräftiglich verbotten würden/ und solches um so viel mehrs/*

C

vers/ alldieweil in denen Reichs-Verfassungen nicht zu finden/ daß einigen Stand/aus was vor Ursachen/ Ebehaften/ und Noth dasselbe auch seyn möchte/ zugelassen werde/ in allgemeiner Noth und Gefahr des Vaterlandes von dem andern sich abzusondern; *Et post* §. 87. Also setzen/ ordnen und wollen wir/ daß nicht alleine die von etlichen Ständen allbereit angemassete Neutralität/darunter die von uns etlichen Chur-und Fürstl. Witben beschehene Verwilligung nicht gemeynet/ ganz und zumahl aufgehoben seyn soll/ sondern daß auch hinfuro einiger Stand des Reichs/ wer die auch seyen/ ohne unser Vorwissen und Genehmhaltung sich in dergleichen hochschädlichen Neutralitäten nicht einlassen sollen. Testantur etiam acta modernorum Comitiorum Ratisbonensium, & quæ ineunte bello præfenti hac de re statuta sunt, Neutralitatem omnem de novo esse interdictam; *Lundorpius vero in Actis publicis lib. 5. c. 6. latissimè docet, juridicè & politicè: Ob man sich in einheimischen Krieg Neutral halten/ oder einen Theil assistance leisten solle/ & concludit ibidem, quod omninò unò adharere & opitulari necesse sit.* In genere de Neutralitate consuli possunt Bocerius, & Besoldus integris tractatibus.

§. 12. Porro hõc loco Quæstio formari potest, *an, si aliquis Statuum, vel ipse etiam Cesar, plus suo Contingenti, ut vocant, in bello contulit, ad utilitatem totius Imperii, & necessitate ita exigente, à cæteris Statibus & toto Imperio ipsis, vel ipsi satisfieri de sumtibus debeat?* Et affirmativæ responsionis loco stare potest §. 90. R. J. d. a. 1555. Augusti ibi: Was aber ingemein zu verwenden/ diß soll auff alle Creiße/ und iede seines Theils/ vermõge des Anschlags ausgetheilet/ und von einem jeden seines Antheils nach Abzug dessen so er zuvor erlanget/ bezahlet

let und entrichtet werden/ & §. 91. Im Fall aber/ da
 über die fünff Creiße etliche mehr der andern/ aber
 doch nicht alle aufgefordert und aufgemahnet würden/
 so soll es abermahls der Unkosten halben wie bey den
 fünff Creißen auszutheilen gehalten werden. *Adde*
B. D. Bechmann in Dissert. de Belli commercis. §. 19. c. 3.

§. 13. Tandem ultimò, & coronidis loco querere lubet,
an Status etiam Contingens suum conferendum recusare
possint? Respondeo, extra casum hunc, quò bellum non
 ritè secundum leges fundamentales Imperii vult incipi,
 decerni, & geri, etiam aliquem excusatum iri, si ipsemet
 domi & in suo Territorio egeat milite suo, aut certè præ-
 sens adpareat ibi belli periculum, *adde jam alleg. disp. de*
Belli Commercis c. 3. §. 8.

Interim Paucula hæc vice ex præsentia materiâ deli-
 basse sufficiat, in Exercitium verò Disputantium adhuc
 sequentia pono Corollaria:

I.

Jus Natura, quod ad Ulpiani mentem desi-
nit Justinianus pr. Inst. de J. N. G. C. pro-
priè cadit in Bruta.

II.

Ex Pacto nudo, qualiter Jure Civili obti-
nuit, nec Canonico Jure, neque moribus nostris
datur Actio.

III.

Statum Imperii Rom. Germ. esse Monarchi-
cum, Leges Imperii innuunt, & tamen Exer-
citium Majestatis illius penes Casarem est eo
 modo,

(20)
modo, ut simile quid in nullo alio Regno repe-
riatur, sed hanc quidem differentiã formali
rationi Monarchiæ non detrahatur.

IV.

Principes ac Status Imperii non tantum
Recessibus Imperii tenentur in causis suis, ve-
rum etiam communibus, tam Justinianeis,
quàm aliis Imperii Juribus subsunt.

V.

Feudum nullum datur Improprrium, quod
non veram Feudi essentiam habeat; neq; da-
tur improprrium, quod tale sit ratione acciden-
taliũ. Potest etiam naturale quid à Feu-
do abesse, sed substantiale non potest penitus.

VI.

Juris Canonici Usus in Foro Protestantium
est multò maximus, & habet is, qui ad illud
provocat, intentionem fundatam; nec aliter
quàm si Caput quoddam illius Juris Divino
Juri, vel rationi, (per doctrinas Prudentum
valide, vel aliàs irrefragibili) aut Imperii
Constitutionibus, vel Provincialibus, (inter
hos, qui hæc agnoscere tenentur) repu-
gnet, dimoveri & repelli
potest.

SOLI DEO GLORIA!

Km 1178

Bd. 1-19

Sb.

ULB Halle 3
004 978 544



1009





38

B. V.

GURALIS JURIDICA
DE

UTIONE

ERII PUBLICI,

& Autoritate
torum Ordinis

AC SALANA

ERAMINE

E EXCELLENTISSIMI

RISTOPHORI

KERI,

att & Köttschau/ Jcti

ni Ducis Saxo-Vinariensis

egiminis & Consistorii Jenensis

ca Senioris, & Antecessoris

rovincialis Assessoris

itissimi,

s, Promotoris & Hospitis

m colendi,

CENTIA

e Honores & Privilegia

e capessendi,

O JCTORUM

lico Eruditorum examini sistit

IDER. Sischer /

a-Misnicus.

Maji 1691.

VERTHERIANIS.

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8